

A V T H O R A D L E- C T O R E M.



V M vitam humanam, quæ satis
alias fragilis, erumosa ac misera-
bilis conditionis, haud leuiter ac
temerè transigendam esse constet,
Idcirco multorum grauissimorum
morborum veram quandam curam & sanatio-
nem partim propria diuturna, scientia edo-
ctus, partim ex multis probatissimorum philo-
sophorum libris, hinc indè sedulo ac diligenter
collegi.

Philosophos ac authores quoque antiquiores
(Medicinae videlicet de quibus hic scribimus
intelligi tantum volumus, ne partes scientiarū
fortè praterquam fas est confundi aut pertur-
bari videantur) perpetua cum assiduitate per-
legendos obseruandoq; statuimus: Neotericos
autem ac recentiores quosq; idoneos, ut qui per-
spect& fuerint eruditionis ac peritiae, nemo ta-
men despiciat. Hippocrates in prognosticis in-
quit: Est quoddam cœleste quod ipsum medicum
prouidere liceat, cuius sitanta est prudentia, fit
admirabilis nimiumq; stupendus. Vniuscuiusq;
autem veldensioris, vel rarioris substantiae cor-
poris, essentia quinta & virtus in profundo la-
titans